

# BOLETIN ECLESIASTICO

DE FILIPINAS

*Organo Oficial, Interdiocesano, Mensual, editado por la Universidad de Santo Tomás, P. O. Box 147, Manila, Islas Filipinas*

*"Entered as second-class matter in the Manila Post Office  
on June 21, 1946"*

*Director:*

R. P. J. Ortega, O.P.  
S.T.D.



*Administrador:*

R. P. A. García, O.P.  
S.T.D.

---

## PARTE OFICIAL

---

### Curia Romana

---

#### EXORTATIO AD CLERUM INDIGENAM

PIUS PP. XII

Dilecti Filii, salutem et Apostolicam Benedictionem.

In auspiciando super Ianiculo monte Collegio Sancti Petri, ad excipiendos pueros indigenas, qui in spem cleri adolescent, provide praestituto, pergrata sane extat opportunitas bene omni-  
nancia ac suadentia verba ex animo Nostro paterno effundendi ad universum clerum indigenam, missionarii florem apostolatus, uberes in posterum fructus caelesti ope redditurum.

Sacrae enimvero Missiones, laborioso ac diuturno Christi praeconum opere, iam multis in locis feliciter excreverunt fereque illud attingere propositum, quod earum proprium est, Ecclesiam videlicet in novis terris constabiliendi, ita ut, radicibus ibi alte defixis, ipsa per se, sine exterorum sacerdotum administrulis, prospere vivat libereque explicetur.

Quo quidem felici eventu animi praesertim indigenarum clericorum fideliumque exstimulantur ad gratiam agendam habendamque exteris missionariis, qui tantae caritatis industria, usque ad sanguinis effusionem haud raro prolatae, laeta admodum messium tempora apparaverunt: "In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat et alius est qui metit... alii laboraverunt et vos in laborem eorum introistis." (Joan. IV, 36-38).

Quibus autem condicionibus recentes Ecclesiae surculi florescere et luxuriare fecunde poterunt? Has quidem praecipuas condiciones placet Nobis breviter attingere.

In primis necessaria omnino est sanctimoniae propriae et alienae salutis cupido flagrans. Illud profecto quod hominem cum Deo coniungat atque non indignum efficiat misericordiae eius administrum, est vitae morumque sanctitas, quae sine divinae gratiae munere obtineri nequit. Animarum autem studium fructusque apostolatus ad irritum revolvuntur, nisi bona hominis voluntas atque industria adiuvatur ac roboratur praestanti Dei auxilio: "Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus" (I Cor. III, 7).

Itaque, Dilecti Filii, ad graves sacerdotum virtutes adquirendas alendasque sedulo incumbite, aeternarum rerum meditationi atque ad Deum precationi quotidianam tribuite operam, sacrorum piorumque librorum lectioni frequenter attendite, sub noctem, antequam somnus obrepat, vitam vestram diligenti discussione examine, ut quantum profeceritis vel quantum defeceritis plane agnoscatis. Si sacratis veterum ethnicorum legibus a sacerdotibus quaedam sancitudo postulabatur, ut apud Ciceronem scriptum videmus: "Ad divos adeunto caste, pietatem adhibento... Qui secus faxit, deus ipse vindex erit" (Leg. II, 8); quanto maior sanctitas requiritur a ministris Christi in praecellenti sacrificio, quod perenni virtute pro mundi vita innovatur?

At non sibi soli vivendum sancte sacerdoti: ipse est enim operarius, quem Christus conduxit in vineam suam. Iam vero sanctimoniae propriae studium, si recte sentiatur, non erit sane

impedimentum ad omnes vestri ministerii partes obeundas, immo validissimum exstabit subsidium atque incitamentum. Vos igitur, quo clarioribus ornati eritis virtutibus, quo impensiore accensi penitus caritate, eo magis eritis, sicut primi apostoli, potentes opere et sermone.

Hac persuasione moti, officiis vestris alacres fungimini: cuiusmodi sunt verbum Dei nuntiare, ignaros fidei erudire, confessiones rite excipere, adesse infirmis praesertim morituris, moerentes solari, fulcire labantes, ad bonam frugem errantes reducere. Quare sacro ministerio vestro multum proderit vobis divinae humanaeque doctrinae copia; neque parvo adiumento erit cognitio quoque sermonis morumque populorum, quos ad praescripta evangelica informare debetis, itemque diuturna quidem experientia. qua pollent religiosi exterorum institutorum sodales, qui apud vos versantur, participes sane et consortes vestri eiusdem laboris ad regnum Dei in orbe amplificandum: "O magna et inclyta Dei instrumenta Sacerdotes, a quibus omnis populorum pendet beatitudo!" (S. Carolus Borr. in Syn. I, Concio I).

Praeterea illud fixum immotumque esto animis vestris, Dilecti Filii, sanctimoniam uniuscuiusque vitae atque apostolatus efficaciam niti et sustineri, tamquam solido fundamento, in constanti fidelique sacrae hierarchiae observantia. Vos enim, si Episcopis vestris caritatis et obedientiae vinculis arcte devincti eritis, etiam inconcussae Petri Cathedrae, super qua Ecclesia universa consistit, firmiter perpetuoque adhaerebitis. Nulla profecto vita, sive physica sive moralis, concipi potest sine quadam unitate. Iamvero usque ab Ecclesiae exordiis Sanctus Cyprianus scripsit: "Deus unus et Christus unus et una Ecclesia et cathedra una super Petrum Domini voce fundata. Aliud altare constitui et sacerdotium novum fieri, praeter unum altare et unum sacerdotium, non potest. Quisquis alibi collegerit, spargit" (M.L. IV, 336). Nullus autem exercitus sine imperii unitate, sine disciplina, no modo consequi victoriam, sed ne stare quidem potest: brevi ipse dissolvitur atque certa obruitur ruina. Vos itaque catholicae Ecclesiae militiae quidam estis manipuli: si amore et fidelitate cum Ecclesia Romana coniuncti eritis, si cum Apostolica hac Sede constanter sentietis, intrepidi semper stabitis, atque inter tot labores, asperitates et pericula, proelia Domini in prima acie proeliantes, nunquam fiducia aut virtute deficietis.

Estote igitur, Dilecti Filii, per terrarum orbem disseminati, splendidum Ecclesiae unius et universae documentum; contendite totis viribus ac satagite ut ipsi, altissima conscientia officiorum vestrorum permoti, vere sitis lucernae ardentis, ex quibus virtutum omnium lumen in christianum populum effundatur.

Ut nostrae huic expectationi plane respondeatis et omnia prospera pro communibus votis eveniant, vobis singulis omnibus, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem, divinae auspicem gratiae Nostrique animi testem, paterna in Domino caritate impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXVIII mensis Iunii, in pervigilio festi Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, anno MDCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

## SUPREMA SACRA CONGREGATIO SANCTI OFFICII

### MONITUM

Cum compertum sit variis in locis, contra Sacrorum Canonum praescripta et sine praevia S. Sedis venia, mixtos conventus acatholicorum cum catholicis habitos fuisse, in quibus de rebus fidei tractatum est, omnibus in memoriam revocatur ad normam canonis 1325, § 3, prohibitum esse, quominus his conventibus intersint, sine praedicta venia, cum laici, tum clerici sive saeculares sive religiosi. Multo autem minus catholicis licitum est huiusmodi conventus convocare et instituere. Quapropter Ordinarii urgeant, ut haec praescripta ab omnibus admissim serventur.

Quae quidem potiore jure observanda sunt, cum agitur de conventibus, quos «oecumenicos» vocant quibus catholici, sive laici sive clerici, sine S. Sedis praevio consensu, nullo modo interesse possunt.

Cum vero, tum in praedictis conventibus tum extra ipsos, etiam actus mixti cultus haud raro positi fuerint, denuo omnes monentur quamlibet in sacris communicationem ad normam canonum 1258 et 734, § 2, omnino prohibitam esse.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 5 iunii 1948.

PETRUS VIGORITA,  
*Notarius*

# SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

## INDEX FACULTATUM QUINQUENNALIUM

### FORMULA IV

Ss D. N. —*PIUS* Div. Prov. PP. XII his S. Congregationis Consistorialis litteris, iuxta Motu Proprio "Post datam" diei 20 aprilis 1923, benigne indulget, ut EXCMUS P. D. JACOBUS C. SANCHO Ordinarius NOVAE SEGOBIAE a subsignata die ad integrum annum 1950 quo de iure exhibenda est relatio dioecesana, uti possit facultatibus qua, a respectivis SS. Congregationibus statutae, in hoc indice continentur.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die vigesima octava mensis maji 1945.

FR. R.C. CARD. ROSSI  
*a Secr.*

B. BENZONI,  
*Ads.*

Facultatibus, quae in hoc indice, suis locis, Episcopo dioecetano personaliter reservantur, ipse tantum uti poterit.

### 1

#### EX SUPREMA S. CONGREGATIONE S. OFFICII

1. Concedendi, non ultra triennium, licentiam legendi ac retinendi, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, libros prohibitos et ephemerides, exceptis operibus haeresim vel schisma ex professo propugnantibus, vel etiam ipsa religionis fundamenta evertere nitentibus nec non operibus de obscenis ex professo tractantibus, singulis christifidelibus sibi subditis, nonnisi tamen cum delectu et iusta ac rationabili causa (cfr. can. 1402, § 2, Cod. I. C.), iis scilicet tantum, qui eorumdem librorum et ephemeridum lectione sive ad ea impugnanda sive ad proprium legitimum munus exercendum, vel iustum studiorum curriculum peragendum, vere indigeant.

ADNOTANDUM.—Recensita facultas Episcopis conceditur per se ipsos personaliter exercenda, seu nemini deleganda;

et graviter onerata ipsorum conscientia super reali omnium memoratarum conditionum concursu.

2. Dispensadi, iustis gravisbusque accedentibus causis, cum subditis etiam extra territorium, aut non subditis intra limites proprii territorii, super impedimento mixtae religionis, et, si casus ferat, etiam super disparitate cultus, ad cautelam; quoties prudens dubium oriatur de collatione baptismi partis acatholicae; quatenus ante nuptias pars acatholica ad veram religionem adduci aut catholica ab ipsis nuptiis absterreri nequiverit, dummodo prius regulariter, ad praescriptum Cod. I.C. can. 1061, § 2, cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia requisitis, et ipse Excmus P.D. Ordinarius moraliter certus sit easdem impletum iri, scilicet: ex parte nupturientis acatholici de amovendo a parte catholica perversionis periculo, et ab utroque contrahente de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda; declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur, prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se, ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ministrum quoque acatholicum ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum adire non posse, ad mentem Cod. I.C. can. 1963, § 1, sub poena excommunicationis latae sententiae Ordinario reservatae a parte catholica incurrendae, iuxta can. 2319, § 1, n. 1o, stricte caeteroquin servatis quae de parochi in casu agendi ratione statuta sunt in can. 1063, § 2.

Quod si partes actu in concubinato vivant, provideatur opportunis modis ut scandalum, si adsit, removeatur et pars catholica ad gratiam Dei recipiendam rite disponatur, praevia eius absolutione ab excommunicatione contracta, si forte matrimonium attentatum fuerit coram ministro acatholico, eique impositis congruis poenitentiis salutaribus; si autem ex illicita unione iam nata sit proles, partes moneantur de gravi obligatione iuris divini curandi, pro posse, eius catholicam deucationem et (si casus ferat) conversionem, baptismum; a parte autem catholica exquiratur huius obligationis implendae explicita promissio.

3. Dispensandi, iustis gravibusque accedentibus causis, cum subditis etiam extra territorium, aut non subditis intra limites proprii territorii, super impedimento disparitatis cultus (excepto tamen casu matrimonii cum parte mahumetana); quatenus sine contumelia Creatoris id fieri possit et ante nuptias

pars non baptizata ad veram religionem adduci aut catholica ab ipsis nuptiis absterreri nequiverit, dummodo prius regulariter, ad praescriptum Cod. I. C. can. 1061, § 2, cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia requisitis, et ipse Exemus P.D. Ordinarius moraliter certus sit easdem impletum iri, scilicet: ex parte nupturientis non baptizati de amovendo a parte catholica perversionis periculo et ab utroque contrahente de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda; declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur, prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se, ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ministrum quoque falsi cultus ad matrimoniale consensum praestandum vel renovandum adire non posse, ad mentem Cod. I. C. can. 163, § 1, stricte caeteroquin servatis quae de parochi agendi ratione in casu statuta sunt in can. 1063, § 2. Quod vero attinet ad legitimationem prolis, prae oculis habeatur can. 1051.

Quod si partes actu in concubinato vivant, provideatur opportunis modis ut scandalum, si adsit, removeatur et pars catholica ad gratiam Dei recipiendam rite disponatur; si autem ex illicita unione iam nata sit proles, fiat monitio et exigatur promissio ut supra n. 2.

In reliquis, quo refertur ad publicationes, interrogationes de consensu et sacros ritus, sive agatur de impedimento mixtae religionis sive disparitatis cultus, servantur praescripta Cod. I.C. cann. 1026, 1102, 1109; et huiusmodi nuptiis celebratis, sive in proprio, sive in alieno territorio, R.P.D. Ordinarius invigilet ut coniuges promissiones factas fideliter impleant.

4. Sanandi in radice matrimonia attentata coram officiali civili vel ministro acatholico a suis subditis etiam extra territorium, aut non subditis, intra limites proprii territorii, cum impedimento mixtae religionis aut disparitatis cultus, dummodo consensus in utroque coniuge perseveret, isque legitime renovari non possit, sive quia pars acatholica de invaliditate matrimonii moneri nequeat sine periculo gravis damni aut incommodi a catholico coniuge subeundi; sive quia pars acatholica ad renovandum coram Ecclesia matrimoniale consensum, aut ad cautiones praestandas, ad praescriptum Cod. I.C. can. 1061, § 2, ullo modo induci nequeat; dummodo:

10. Moraliter certum sit partem acatholicam non esse impedituram baptismum et catholicam educationem universae prolis forte nasciturae;

20. pars catholica explicite promittat se, pro posse, curaturam esse baptismum et catholicam educationem universae prolis forte nasciturae, et (si casus ferat) etiam conversionem, baptismum, catholicam educationem prolis iam natae;

30. partes, ante attentatum matrimonium, sive privatim sive per publicum actum, se non obstrinxerint ad educationem acatholicam prolis.

40. neutra pars sit actu demens;

50. pars saltem catholica sit sanationis conscia eamque petat;

60. nullum aliud obstet canonicum impedimentum dirimens, super quo Ipse Ordinarius dispensandi aut sanandi facultate non polleat.

Ipse autem Excmus Episcopus P. D. serio moneat partem catholicam de gravissimo patrato scelere, salutare ei poenitentias imponat et, si casus ferat, eam ab excommunicatione absolvat iuxta C.I.C. can. 2319, § 1, simulque declaret ob sanationis gratiam a se acceptam, matrimonium effectum esse validum, legitimum et indissolubile iure divino, et prolem forte susceptam vel suscipiendam, legitimam esse; eique insuper in mentem revocet obligationem qua tenetur prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Cum autem de matrimonii validitate et prolis legitimatione in foro externo constare debeat, Excmus P. D. Episcopus mandat ut singulis vicibus documentum sanationis cum attestatione peractae executionis diligenter custodiatur in Curia locali, nec non curet, nisi pro sua prudentia aliter iudicaverit, ut in libro baptizatorum paroeciae, ubi pars catholica baptismum recepit, transcribatur notitia sanationis matrimonii, de quo actum est, cum adnotatione diei et anni.

Mens autem S. Officii est ut Episcopus hanc facultatem sanandi matrimonia in radice per se ipse personaliter exercent, scilicet nemini subdeleget.

ADNOTANDA.—1. In singulis praefatis sive sanationibus sive dispensationibus concedendis, Episcopus vel Ordinarius expresam faciat mentionem Apostolicae delegationis (Cod. I. C. can. 1057).

2. Ordinarius in fine cuiuslibet anni referat ad S. Congregationem S. Officii de numero et specie dispensationum vigore praesentis Indulti elargitarum.

2

## EX S. CONGREGATIONE DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

1. Dispensandi iusta et rationabili ex causa super matrimonialibus impedimentis minoris gradus, quae in can. 1042 recensentur, nec non super impedimentis impediens, de quibus in can. 1058, ad effectum tantuum matrimonium contrahendi.

2. Dispensandi ex gravi urgentique cause, quoties periculum sit in mora et matrimonium nequeat differri usque dum dispensatio a Sancta Sede obtineatur, super impedimentis infra recensitis:

a) consanguinitatis in secundo aut in tertio cum primo mixtis, dummodo nullum exinde scandalum aut admiratio exoriat;ur;

b) consanguinitatis in secundo lineae collateralis gradu;

c) affinitatis in primo lineae collateralis gradu aequali vel mixto cum secundo;

d) publicae honestatis in primo gradu, dummodo nullum subsit dubium quod coniux esse possit proles ab altero contrahentium genita.

3. Dispensandi tempore et in actu Sacrae Pastoralis Visitationis aut Sacrarum Missionum, et non ultra, super omnibus matrimonialibus impedimentis supra memoratis cum iis qui in concubinato vivere reperiuntur.

4. Sanandi in radice matrimonia nulliter contracta ob aliquod ex impedimentis iuris ecclesiastici maioris vel minoris gradus, exceptis iis provenientibus ex sacro presbyteratus ordine et affinitate in linea recta, matrimonio consummato, si magnum adsit incommodum requirendi a parte, ignara nullitatis matrimonii, renovationem consensus, dummodo tamen prior maritalis consensus perseveret et absit periculum divortii; monita tamen parte conscia impedimenti de effectu huius sanctionis et debita facta adnotatione in libro baptizatorum et matrimoniorum.

ADNOTANDA 1. Ordinarius recensitis facultatibus, sive per se sive per alias idoneas ecclesiasticas personas ad hoc spe-

cialiter deputandas, uti poterit in matrimoniis contrahendis et nulliter contractis cum suis subditis ubique commorantibus et aliis omnibus in proprio territorio actu degentibus, facta in unoquoque casu expressa mentione huius Apostolicae delegationis ad normam canonis 1057.

2. In usu earundem facultatum prae oculis habeantur quae in can. 1048 ad 1054 statuta reperiuntur.

3. Ordinarius, in fine cuiuslibet anni, referat ad Sacram Congregationem Sacramentorum, per tramitem S. Congregationis Consistorialis, de numero et specie dispensationum quas vigore praesentis Indulti ipse fuerit elargitus.

## 3

## EX S. CONGREGATIONE CONCILII

1. Reducendi per quinquennium, ob diminutionem reddituum, perpetua Missarum onera ad rationem eleemosynae in dioecesi legitime vigentis, quoties nemo sit qui de iure teneatur et utiliter cogi queat ad eleemosynae augmentum, et sub lege ut de Missarum ita reductarum satisfactione a singulis celebrantibus Curia dioecesana quovis anno legitime doceatur.

2. Transferendi per quinquennium intra fines dioecesis onera Missarum in dies, ecclesias vel altaria alia a fundatione statuta, dummodo adsit vera necessitas nec divinus cultus idcirco minuatur aut populi commoditati praeiudicium inferatur, exceptis tamen legatis quae in certis locis adimpleri facile possunt per eleemosynae augmentum, et cauto ut de translatarum Missarum satisfactione quovis anno Curia dioecesana a singulis celebrantibus legitime doceatur.

3. Transferendi per quinquennium exuberantia Missarum onera etiam extra dioecesim, cauto tamen ut quam maximus Missarum numerus intra fines dioecesis celebretur atque admissim serventur praescripta Codicis Iuris Canonici circa caute las adhibendas in Missis committendis.

4. Permittendi ut privata Matutini cum Laudibus recitatio anticipari possit ab hora prima post meridiem, quoties adsit rationabilis causa.

5. Permittendi alienationem honorum ecclesiasticorum usque ad summaam capitalem 10,000 dollariorum pro Statibus Americae Foederatis et ditone Canadensi; et 15,000 pesos pro America Meridionali aliisque regionibus; hoc vero quatenus necessitas adsit et tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem,

edocta, statim ac effecta fuerit alienatio, eadem S. Sede de alienatione ita peracta.

## 4

## EX S. CONGREGATIONE RELIGIOSORUM

1. Dispensandi, ad petitionem Superiorum, super illegimitate natalium ad ingrediendum in Religionem, quatenus a Constitutionibus Instituti requiratur, dummodo ne agatur de prole sacrilego commercio orta, et dispensati al munia maiora ne eligantur iuxta praescriptum can. 504.

2. Permittendi celebrationem trium Missarum de ritu in nocte Nativitatis D. N. I. C. in ecclesiis religiosorum non comprehensis in can. 821, § 3, cum facultate pro adstantibus ad S. Synaxim accedendi, ita tamen ut dictae tres Missae ab uno eodemque sacerdote celebrentur.

3. Dispensandi super aetatis excessu pro admittendis ad habitum religiosum quatenus a Constitutionibus Instituti requiratur, praevio, in singulis casibus, consensu Superiorissae Generalis, vel Provincialis et respectivi Consilii, dummodo postulantes aetatem 40 annorum ne excesserint et polleant caeteris qualitatibus requisitis.

4. Dispensandi, etiam pro religiosis exemptis, super defectu aetatis canonicae ad S. Ordinem presbyteratus, scilicet:

a) super eiusdem defectu usque ad duodecim menses, dummodo ordinandis a suis Superioribus litteras dimissoriales acceperint et ceteras habeant qualitates a sacris canonibus requisitas ac praesertim curriculum theologicum expleverint ad normam canonis 976, § 2, C. I. C.;

b) super eodem defectu etiam ultra duodecim menses at non ultra sexdecim dummodo alumni ne gaudeant vel indigeant alia apostolica dispensatione, servatisque ceteris conditionibus, ut sub lit. a).

5. Dispensandi super dotis defectu cum monialibus et sororibus in toto vel in parte, dummodo status oeconomicus Instituti detrimentum ne patiatur et postulantes talibus sint praeditae qualitatibus, ut eas magnae utilitati Instituto fore certa spes habeatur.

6. Confirmandi confessarium ad quartum et quintum triennium, dummodo maioris partis religiosarum, convocatis etiam iis, quae in aliis negotiis ius non habent ferendi suffragium,

consensus capitulariter ac per secreta suffragia praestandus prius accedat, proviso pro dissentientibus, si quae sint ac velint.

7. Permittendi celebrationem S. Missae Sacrificii Feria V in Coena Domini, facta licentia personis habitualiter in communitate commorantibus sese reficiendi S. Synaxi, etiam ad adimplendum praeceptum paschale.

8. Permittendi monialibus descensum in ecclesiam, ut ipsae eam maiori sollertia mundare et decorare possint, exeuntibus prius ab ecclesia extraneis omnibus, non exceptis ipsis confessorio et monasterio inservientibus et extra claustra degentibus; portae illius claudantur et claves Superiorissae tradantur, moniales vero semper binae sint et porta, per quam aditus interior ad ecclesiam patet, duplici clavi claudatur, quarum una a Superiorissa, altera a sanctimoniali ab Ordinario deputanda custodiatur et non aperiatur nisi in casibus enunciatis et cum praescriptis cautelis.

9. Permittendi monialibus egressum e claustris urgente casu operationis chirurgicae subeundae, quamvis non secumferat periculum mortis imminentis aut gravissimi mali, per tempus stricte necessarium, praescriptis debitis cautelis.

## 5

## EX S. CONGREGATIONE RITUUM

1. Deputandi sacerdotes, si fieri potest, in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad altaria fixa et portatilia consecranda, servato ritu et forma Pontificalis Romani; et quoad altaria portatilia etiam adhibita sola rituali formula breviori approbata.

2. Deputandi sacerdotes, si fieri potest, in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad altaria fixa et portatilia exsecrata consecranda, adhibita breviori formula B pro casibus can. 1200, sec. 2, Cod. I. C.; dum in casu can. 1200, sec. 1, iam indulta fuit per ipsum canonem facultas et adhibenda est formula A.

3. Deputandi sacerdotes, si fieri potest, in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad consecrandos calices et patenas servatu ritu et forma Pontificalis Romani.

4. Quando in Missa Hebdomadae Maioris dicitur Passio, pro sacerdotibus qui, praehabita facultate, binas Missas rite celebrant, legendi in una Missa tantum ex Passione postremam

partem (Altera autem die, etc.) praemissis: "Munda cor meum," etc.—"Sequentia sancti evangelii secundum (Matthaeum)."

5. Benedicendi nuptias extra Missam, vel recitandi preces super coniuges, iuxta formulas approbatas, cum potestate subdelegandi.

6. Benedicendi et imponendi quinque scapularia sub unica formula, cum potestate subdelegandi.

7. Benedicendi et imponendi quinque scapularia sub unica formula absque recurso ad Ordinarios seu Congregationes religiosas competentes, et sine onere inscriptionis in casibus magni concursus, tempore Exercitiorum et Missionum spiritualium, cum potestate subdelegandi.

8. Benedicendi sacra olea cum eo presbyterorum et sacrorum ministrorum numero, qui pro loci rerumque adiunctis reperiri poterit, Feria V in Coena Domini (pro Episcopo celebrante).

9. Permittendi thurificationem in Missa cantata absque sacris ministris in Festis tamen duplicibus primae et secundae classis, Dominicis et quando Misa cum cantu celebratur coram Ssmo. Eucharistiae Sacramento Solemniter Exposito.

10. Permittendi usum Memorialis Rituum Benedicti PP. XIII in Ecclesiis seu Oratoriis publicis et semipublicis (non parochialibus vel quasi-parochialibus) in functionibus Tridui Maioris Hebdomadae et in Benedictione Cinerum, Candelarum et Palmarum; dummodo tamen certo constet decori ac reverentiae sacrorum Mysteriorum satis esse consultum.

11. Benedicendi obiecta pietatis signo crucis, servatis ritibus ab Ecclesia praescriptis. Occasione tamen visitationis pastoralis, quando multi petunt et plura ac varia exhibent eiusmodi obiecta benedicenda, saepe etiam cum diversis formulis, hisce in casibus permittitur unica formula brevior, dum fit signum crucis super obiecta, nempe: "Benedicat haec omnia Deus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Amen."

12. Celebrandi Missam de Requie lectam semel in hebdomada ab Ordinario in proprio oratorio; dummodo ne occurrat Festum ritus duplicis primae aut secundae classis, Dominica aut Festum de praecepto etiam suppresso, necnon Octava privilegiata, Feria Quadragesimae, Quatuor Temporum, II Rogationum, Vigilia aut Feria in qua anticipanda vel primo reponenda est Missa Dominicae; servatis de cetero Rubricis.

## EX S. POENITENTIARIA

1. Absolvendi quoscumque poenitentes (exceptis haereticis haeresim inter fideles e proposito disseminantibus) a quibusvis censuris et poenis ecclesiasticis ob haereses tam nemine audiente quam coram aliis externatas incursis, postquam tamen poenitens magistros ex professo haereticalis doctrinae, si quos noverit, ac personas ecclesiasticas et religiosas, si quas hac in re complices habuerit, prout de iure, denunciaverit; et quatenus ob iustas causas huiusmodi denunciatio ante absolutionem peragi nequeat, facta ab eo seria promissione denunciationem ipsam peragendi cum primum et quo meliori modo fieri poterit, et postquam in singulis casibus haereses coram absolvente secreto abiuraverit; iniuncta pro modo excessuum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacramentorum, obligatione se retractandi apud personas coram quibus haereses manifestavit, atque illata scandala reparandi.

2. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui libros apostotarum, haeticorum aut schismaticorum, apostasiam, haeresim aut schisma propugnantes, aliosve per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos defenderint aut scienter sine debita licentia legerint vel retinuerint; iniuncta congrua poenitentia salutari ac firma obligatione supradictos libros, quantum fieri poterit, ante absolutionem, destruendi vel Ordinario aut confessario tradendi.

3. Absolvendi a censuris eos qui impediverint directe vel indirecte exercitium iurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori, ad hoc recurrentes ad quamlibet laicalem potestatem.

4. Absolvendi a censuris et a poenis ecclesiasticis circa duellum statutis, in casibus dumtaxat ad forum externum non deductis; iniuncta gravi poenitentia salutari et aliis iniunctis, quae fuerint de iure iniungenda.

5. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui nomen dederint sectae massonicae aliisque eiusdem generis associationibus, quae contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur; ita tamen ut a respectiva secta vel associatione omnino se separent eamque abiurent; denuncient, iuxta can. 2336, § 2, personas ecclesiasticas et religiosas, si quas eidem adscriptas noverint; libros, manuscripta ac signa eadem respicientia, si qua retineant, in manus absolventis tradant,

ad S. Officium quamprimum caute transmitenda aut saltem, si iustae gravesque causae id postulent, destruenda; iniuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentatione sacramentalis confessionis et obligatione illata scandala reparandi.

6. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui clausuram regularium utriusque sexus sine legitima licentia ingressi fuerint, necnon qui eos introduxerint vel admiserint; dummodo tamen id factum ne fuerit ad finem utcumque graviter criminis, etiam effectu non secuto, nec ad externum forum deductum; congrua pro modo culpa poenitentia salutari iniuncta.

7. Dispensandi ad petendum debitum coniugale cum transgressore voti castitatis perfectae et perpetuae. privatim post completum XVIII aetatis annum emissi, qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, huiusmodi poenitentem monendo, ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum quam si coniugi supervixerit.

8. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de matrimonio iam contracto; monitis putatis coniugibus de necessaria consensus secreta renovatione, ac iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

Item dispensandi super eodem occulto impedimento, dummodo pariter sit absque ulla machinatione, etiam in matrimoniis contrahendis, iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

9. Dispensandi ab irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu, de qua in can. 985, § 4, sed ad hoc dumtaxat ut poenitens ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat; iniuncto eidem poenitenti onere intra mensem, saltem per epistolam, per alium vel per se, reticito nomine, docendi de omnibus casus circumstantiis, et praesertim quoties delictum pataverit, ad S. P. recurrendi et standi ius mandatis, sub poena suspensionis a divinis ipso facto incurrendae.

10. Concedendi, suetis sub conditionibus:

A) Plenariam Indulgentiam, lucrandam a christifidelibus, qui:

a) Missae, in Pontificalibus ab Ordinario celebratae, die ab ipsomet Ordinario semel in anno in singulis dioecesis locis designanda, adstiterint;

b) ecclesiam vel publicum aut semipublicum oratorium, in actu quo ibi Ordinarius pastorem Visitacionem peregerit, devote visitaverint;

c) tempore dioecesanæ Synodi visitaverint ecclesiam, in qua ipsa Synodus habetur;

d) die generalis communionis, semel in anno, in ecclesia cathedrali vel alia ecclesia ab Ordinario indictæ, sacris Epulis ibidem reficiantur;

e) tempore Missionum. quæ de Ordinarii licentia in dioecesi habentur, saltem dimidium sacrarum concionum audierint;

B) Partialem Indulgentiam CC dierum, acquirendam ab iis, qui cuilibet ex concionibus, de quibus supra lit. e), devote interfuerint.

ADNOTANDA.—1. Ordinarius recensitis facultatibus, tum absolvendi a censuris tum dispensandi, pro foro conscientie, etiam extra sacramentalem confessionem cum suis subditis, et extra dioecesim quoque, quatenus vel ipse vel subditus vel uterque extra dioecesim fuerint, necnon cum non subditis intra limites proprii territorii, ex speciali Sædis Apostolicæ auctoritate ipsi concessa, uti valebit; easque intra fines dioecesis tantum Canonico Poenitentiario necnon Vicariis Foraneis, pro foro pariter conscientie et in actu sacramentalis confessionis dumtaxat, etiam habitualiter, si ipsi placuerit, aliis vero confessariis cum ad ipsum Ordinarium in casibus particularibus poenitentium recursum habuerint, pro exposito casu imperitari poterit, nisi ob peculiare causas aliquibus confessariis specialiter deputandis per tempus, arbitrio suo statuendum, illas communicare iudicabit.

2. Ordinarius facultatem præfatas Indulgentias concedendi nemini delegare potest, sed per se ipse tantum exercere debet.

### NORMAE DE TAXIS

- 1.—Nulla taxa exquiratur pro licentia legendi ac retinendi libros prohibitos.
- 2.—Pariter nulla exigatur taxa pro facultatibus S. Poenitentiarie, quæ omnino gratis sunt concedendæ.
- 3.—Quod spectat ad dispensationes et sanationes matrimoniales concedendas ex facultatibus sive S. C. S. Officii sive S. C. de disciplina Sacramentorum — curet Ordinarius, ut nu-

pturientes, qui pares solvendo inveniantur, aequam et congruam oblationem iuxta praxim apud Curias legitime inolitam, persolvant.

- 4.—Relate ad alienationes bonorum ecclesiasticorum, de quibus sermo est in facultate 5a. S. Congregationis Concilii, oblatio S. Sedi facienda aliquatenus congruat, iudicio Ordinarii, obtento emolumento seu utilitati.
- 5.—Taxa exquiri solita pro ceteris indultis—vigore facultatum quae in hoc indice recensentur—sint quindecim libellae.
- 6.—Pro casuum tamen diversitate, huiusmodi taxae moderandae aut dispensandae erunt, ob paupertatem oratorum, aliasve iustas causas, pro prudenti iudicio ac conscientia Ordinarii.
- 7.—Summa omnium taxarum et oblationum, quas Ordinarius reapse exegerit, in fine cuiuslibet anni ad S. Sedem, per tramitem S. Congregationis Consistorialis, transmittatur, in foliis separatis adnotando partes, quae spectant ad singulas Sacras Congregationes.
- 8.—Ipse Ordinarius pro quolibet indulto, etiam matrimoniali ad sensum can. 1056, taxam libellarum quinque adicere poterit sibi que retinere in sui vel dioecesis necessitatibus erogandam; aslvo praescripto Nri. 6.

## MISSION SUNDAY, OCTOBER 24, 1948

APPEAL OF H. E. ARCHBISHOP CELSO CONSTANTINI

SECRETARY OF THE S. C. OF PROPAGANDA FIDE  
PRESIDENT OF THE PONTIFICAL MISSION AID ASSOCIATIONS

*Rejoice with those who rejoice; weep with those who weep*  
(Rom. 12, 15)

Under the little porch of a modest Chinese house you can see an old man, poorly dressed in blue cotton, spinning wool; holding the distaff in place with his left hand he allows a spindle to twirl in the fingers of the right. At his feet there is a basket for the spindles enlarged with thread.

In a nearby room there is the sound of a loom, and through the window you can see two men busy weaving a cloth.

Who is this old man that is spinning? He is a Bishop. Who are the weavers? They are missionaries.

Opponents of religion fell upon that mission like a hurricane. The church was transformed into a military barracks, the missionaries were either expelled or kept under constant surveillance and obliged to work in order to get a plate of millet or rice. But they remained rather than abandon their Christians.

In another mission a peddler, dressed in a discolored frock, goes from village to village carrying a basket full of Chinese medicines: dry herbs, roots and a bear's paw. Who is that traveling salesman? He is a Chinese priest. Pagans and enemies of Christ do not recognize him, but Christians do, and, at night, they gather about him in some secluded place. He consoles them, baptizes some newly born children and later celebrates Mass without vestments; and the Christians, who will perhaps have to witness their own faith with their blood, receive Holy Eucharist, the Bread of the strong.

It is thus that the episodes of the Old Roman persecutions are exactly renewed in various missions of the Far East and the deeds of valor of ancient martyrs are repeated. The Holy Spirit who assists the church is always the same Holy Spirit, and as He infused a supernatural strength in the ancient martyrs, He infuses it also in the martyrs of today.

Other missionaries have been driven away from their Christian communities and they wait, with enduring patience,

for the passing of the storm to return to their missions and to begin the work of reconstruction.

Not many days ago, I said farewell to a Bishop who was returning to a mission that is surrounded by enemies and I thought within myself: "Perhaps I am saying farewell to a martyr."

Charity equal to that of the missionaries already in the trenches of the faith is also found in those missionaries who are constantly and in ever increasing numbers leaving Europe and America for mission territories.

A month ago a young Sister came to the Propaganda for a letter of identification. I said to her: "You are going into the midst of grave dangers and perhaps also to martyrdom." Her eyes radiated a joyful brightness as she said in all simplicity: "Oh that would be a great favor from the Lord!"

My dear brethren, on this day dedicated to missionary charity, let us direct our thoughts with love and recognition to the fearless Heralds of Christ. We pray that the Lord will assist them and that He will cause the storm of hatred, which has been loosed over so many missions, to cease soon. Let us come to the aid of our missionaries with our offerings.

Last May the Superior Councils of the Pontifical Works of the Propagation of the Faith and of St. Peter Apostle distributed the funds of your charitable offerings to missionaries. It must be said that your charity has made it possible for us to dispense considerable assistance; I thank you for it in the name of all missionaries. These grants of aid are, however, always inadequate.

There are churches, residences, seminaries and colleges to be rebuilt. Other undertakings, especially schools and the press, must be organized. In Rome there is the Urban College with its two hundred seminarians from all over the world. At the present time, near the Urban College, the seminary of St. Peter is in the process of construction. In this new seminary there will be gathered young priests from far-off missions.

The vast work over which the Sacred Congregation, "de Propaganda Fide" presides is increasing constantly. New missions are created, and many pass over to the care of the local hierarchy which is made up of the native clergy.

The missions have perhaps never been so much in need of help by prayer, vocations and money as they are today. We

are in a crisis that proposes the dilemma expressed by Our Holy Father Pope Pius XII: "Either with Christ or against Christ."

Let us then apply ourselves with generous hearts so that Christ will restore His holy kingdom among the faithful and spread it among infidels, the kingdom of peace, of work, of liberty, of love and of human and Christian fraternity.

## LLAMAMIENTO DE S. E. MONS. CELSO CONSTANTINI

SECRETARIO DE LA S. C. DE PROPAGANDA FIDE  
PRESIDENTE DE LAS OBRAS MISIONALES PONTIFICIAS

*Gozaos con los que gozan y llorad con los que lloran*  
(Rom. 12, 15)

En el pequeño pórtico de una modesta casa china, un anciano, pobremente vestido de algodón turco, trabaja hilando lana: con su mano izquierda tiene en alto la rueca mientras los dedos de la derecha hacen dar vueltas al huso; a sus pies, un canastillo recoge los husos cargados de hilo.

En una habitación vecina se oye el traqueteo de un telar; por la ventana, puede verse a dos hombres tejiendo atareados.

Aquel viejo que hila es un Obispo. Los tejedores son dos misioneros.

Los enemigos de la religión han caído como un huracán sobre aquella Misión. La iglesia ha sido transformada en cuartel, los misioneros han sido o expulsados o puestos bajo vigilancia y obligados a trabajar para ganarse una escudilla de mijo o de arroz. Pero se han quedado allí para no dejar solos a sus cristianos.

En otra Misión, un vendedor ambulante, con una blusa raída, recorre los pueblos llevando a cuestas un cesto, lleno de medicinas caseras: yerbas, raíces y hasta una pata de oso. Quien es un tan extraño personaje? Un sacerdote chino. Los paganos y los enemigos de Cristo no lo saben; pero lo saben bien los cristianos: estos se reunirán en torno suyo, por la noche y en un lugar retirado. El los confortará, y bautizará a algún recién nacido; después, dirá la misa, sin ornamentos, y aquellos cristianos, que tal vez rubricarán pronto con su sangre el testimonio de su fé, recibirán de sus manos la Sagrada Eucaristía, que es el Pan de los Fuertes.

Así se están repitiendo hoy día, en varias Misiones del Extremo Oriente, los episodios de las antiguas persecuciones romanas con los mismos actos de valor de los primeros mártires. El Espíritu Santo, que asiste a la Iglesia, es siempre el mismo y, como infundió una sobrenatural energía a los mártires de los primeros siglos cristianos, la infunde también a los de nuestro siglo.

Otros misioneros han sido arrancados de sus cristiandades y esperan impacientes que pase la tormenta para volver a comenzar su trabajo.

Hace unos días saludaba a un Obispo que volvía a su Misión. bloqueada de enemigos, y decía yo para mis adentros: Tal vez saludo a un mártir.

Con el valor de los misioneros que se encuentran en primera línea, corre pareja la caridad de aquellos que de Europa y América parten, cada vez en mayor número, para tierras de Misión.

Una joven Religiosa llegó hace un mes a Propaganda pidiendo una carta de recomendación. "Vais a encontrar—le dije—graves peligros, quizás el martirio". Y ella, con toda sencillez, respondió: Ah, esa sería una verdadera gracia del Señor".

Hermanos míos: en este día consagrado a la caridad misionera, dediquemos un recuerdo cariñoso y agradecido a los impertérritos heraldos de Cristo. Roguemos para que el Señor les asista y haga cesar pronto el huracán de odio, desencadenado sobre tantas Misiones.

Muchísimas iglesias, residencias, seminarios y colegios esperan la hora de su reconstrucción. Otras obras, en particular las escuelas y las imprentas deben reorganizarse con la mayor rapidez. En Roma, es el Colegio Urbano, que cuenta con 200 alumnos de todo el mundo. Contiguo a este, se construye actualmente el Seminario de San Pedro, destinado a albergar a los sacerdotes de los países de Misión, durante sus estudios eclesásticos en Roma.

En el pasado mes de Mayo, los Consejos Superiores de las Obras Pontificias de la Propagación de la Fe y de San Pablo Apóstol han distribuido los socorros de vuestra caridad, correspondientes al año último. Confesamos que nos ha sido posible repartir considerables ayudas; os lo agradezco en nombre de todos los misioneros. Pero pensad que nuestra aportación es siempre insuficiente.

La vasta obra encomendada a la Sagrada Congregación de Propaganda Fide se desarrolla sin cesar. Se crean nuevas Misiones y se encomiendan otras muchas a la jerarquía local, integrada por clero indígena.

Acaso nunca han tenido las Misiones tanta necesidad de ayuda como hoy. Asistimos a una crisis de la civilización, que pone mayor urgencia en el dilema tan repetido por el Santo Padre Pío XII: *o con Cristo o contra Cristo*.

Laboremos, pues, con toda generosidad para que Cristo restaure entre los fieles y difunda entre los infieles su Reino Santo: reino de paz, de trabajo, de libertad, de amor, de fraternidad humana y cristiana.

# *Curia Diocesana*

## ARZOBISPADO DE MANILA

### CIRCULAR LETTER FROM THE ARCHBISHOP OF MANILA TO THE VENERABLE CLERGY, SECULAR AND REGULAR, DIRECTORS OF CATHOLIC COLLEGES, AND THE FAITHFUL OF OUR ARCHDIOCESE.

Venerable Brethren and beloved sons in Jesus Christ:

We should be all mission-minded; that is to say, interested in the spread of the Gospel, especially in those pagan lands where the people still sit in the shadow of Death. Everyday in our morning and evening prayers, we beseech Almighty God to extend His reign in the words "Thy Kingdom come." And it is only just that we who have been dowered with the great treasure of the Faith, should make sacrifices so that this gift may reach all mankind, if possible, for such is the will of God.

